

XXXVII.

IL MEDESIMO AL MEDESIMO ^(a) (1).

[B, c. 66 B; P, c. 53 B].

Padova,
24 dicembre 1391.

Gratissima gli
giunse la sua let-
tera tanto attesa,
al che leggendola
gli parve di aver
l'amico vicino.

Egli crede che
Donato ha tardato
a rispondergli per
le sue gravi occu-
pazioni pubbliche
e non per negli-
genza, e gliene dà
lode;

ma non può me-
nargli buona la
scusa di non poter
scrivere con ele-
ganza.

Crede l'amico forse
che il V, non s'in-
tenda dello stile,
o nutre egli stima
esagerata delle co-
se proprie?

HABUI a te, vir insignis et amice optime, epistolam exoptatam
michi et expectatam iandiu, per quam, quoniam interstitio 5
locorum veris oculis videre te non possum, auribus, ut aiunt, et
mente vidi, ac non aliter quasi ac si ^(b) coram assisteres delectatus
sum. habui, inquam, epistolam michi gratissimam, Donatum un-
dique et sermone et affectione redolentem, eum quidem virum ^(c),
cui omnis eloquentie vis cuique omnis virtutis et nominatim ami- 10
citie plurimum inequalis ^(d) cultus inest. quod igitur inprimis
excusas te non negligentia sed gravi occupatione publicorum ne-
gotiorum impeditum ne scriberes, facile id credo. nullum enim
apud te, erga amicos precipue, negligentie locum puto, cuius sol-
licitudinis, si bene te novi, collatione omnis solertia negligentia ^(e) 15
est. occupatum autem et sponte deditum curis reipublice laudo.
id enim sanctissimum studium, ea pulcherrima opera est, que illi
impenditur. quam etsi virtus et omnis recta ratio iubeant ^(f), non
minus tamen in invidiam quam in gloriam prona est ^(g). quod
vero ^(h) parum eleganti sermone usum te dicis, idque et tarditatem 20
scribendi occupationes tuas prestitisse, nescio quid sibi velit hec
oratio ^(a): aut enim nichil huiusce artificii accepisse me existimas,
qui nec sublimem ab rudi stilo discernere possim, aut immanem
quandam de rebus tuis existimationem conficere studes, qui ora-
tionem hanc, quam quivis quantumlibet doctus equare vix posset, 25
inelegantem appellas. sed hoc efficere non poteris, cum tantum

(a) B P. P. V. Donato de Compostellis P Eiusdem ad Donatum de Compostellis Ve-
netum (b) P quasi si (c) B equidem virum (d) P plurimus et inequalis (e) P In
marg. omnis sublata negligentia (f) B iubent P iubeat (g) P gloriam plena est
(h) P om. vero

(1) È lecito supporre che questa
lettera sia la risposta del V. ad una
epistola inviatagli da Donato a breve
distanza dalla precedente; e quindi va

opportunamente assegnata al 24 di-
cembre 1391.

(2) Cf. TER. *Heant.* IV, 1, 2: « Quid
« volt sibi, Syre, haec oratio? ».